

Ann. IV.

Num. XXIV.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

VARSAVIAE POLONORUM

rakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W.

28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

NEW YORK

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr. Typogr.

CINCINNATI

52, Barclay Street.

436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost et S. Rituum Congr.

Typogr.

RATISBONAe in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

SOCIIS MONITUM	<i>Vox Urbis.</i>
POST BELLUM SINENSE	P. Rossani.
DIDACUS VITRIOLI	G. P.
DE CORPORIBUS DUOBUS NUDIS OSSIBUS COHAERENTIBUS POMPEII AD PUBLICAS THERMAS INTER SESE AMPLEXANTIBUS REPERTIS ELEGIA . . .	Didacus Vitrioli.
DE GRAMMATICA HEBRAICA RATIONE EMENDANDA	M. Belli.
PH. LIPPI ET A. ALLEGRI TABULAE DE MARIA INFANTULUM SUUM ADORANTE.	Forfex.
DE MINUCHI FELICIS « OCTAVIO »	A. Sordet.
DE FESTO NATIVITATIS CHRISTI IN URBE BETHLEEM	A. Crivelli.
COMMUNIA VITAE. - Latinitati utile, recens, vaporitraha rapiente, iter.	H.D.V. Pieralice.
FABULAE SELECTAE FONTANII à IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE.	Fr. Xav. Reuss.
DE CHOREIS	P. Alexis.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO	H. P.
AENIGMATA	A. E. De Druffel.

In tertia operculi pagina:

SOCIIS COMMENTARII « VOX URBIS » PRAEMIA CONSTITUTA IN AN. M CMII.
PER ORBEM

Viator.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M CMII

COMMENTARII "VOX URBIS,,

SOCIIS ET LECTORIBUS

IN ANNUM M C M I I

QUADRENNIO iam assueti, diebus hisce redeuntibus quotannis et facta respximus, et facienda promisimus; illa ut ostenderemus nos religiose fidem servasse, haec ut iucundiora sociis nostris polliceremur. Nullum quippe mortale opus est, quod ipso in exordio undequaque perfectum sit atque expolitum, ipsaque signa Mironis, affabre quamvis conflata, polentis minima limae labore et mora indigebant.

Itaque commentario nostro unusquisque annus plura attulit emolumenta, sive amplificanda indicaret, sive minuenda ostenderet, sive nova inducenda suaderet, sive penitus exterminanda monstraret. Qua quidem in re magni fuit nobis opera sociorum, qui vel missis epistolis, vel communicatis ore consiliis, vel datis elucubrationibus undique gentium nonnulla emendarunt, plura auxerunt, plurima perfecerunt. Nos autem dociles gratique tantis viris laeti accipiebamus quae mittebantur, et morem gerebamus eruditis, quorum nominibus quasi totidem stellis commentarius noster coruseat, et, audientes dicto in meliora conantium, in meliora pariter nitbamur. Ita coniunctis viribus, factum est ut ex nostratis atque exteris nemo nobis crimen impearerit, quasi promissa dedissemus, quae non ad unguem praestitissimus.

Nunc itaque quae erunt futura perspicimus laeto animo tempora, praecipuum quasi indantes calle, per quem proximo anno gradiemur. Meta quidem una est, incrementum latinitatis; quam tamen in metam, non una sternitur via. Nos neque superbe tenuisse magnis itineribus propositum finem, neque semitas creasse confitemur, contenti exiguo calle, quem ab ipso commentarii exordio inivimus. Cui quidem nec spinae, nec sentes defuerunt; sed propositi tenax animus, sed conscientia boni, sed gratia vestra, o socii, sed labor assiduus omnia vicerunt, ita ut quasi e collis apice superata spatia respicientes, non quidem ab ipso condito commentario, sed ab iis, quae superioris anni initium signarunt, laetari liceat et fructus uberes, et iucundissimos visu flores percepisse una cum laude sapientum.

Enimvero elabente iam anno auctus est commentarius figuris, elucubrationibus, nitidioribus literarum notis; auctus non medioriter scriptorum numerus, quos inter magno cum gaudio accenstimus viros litterarum fama clarissimos. Accessit scriptorum centuria, quibus calidus iuventa sanguis fervet, et spes arridet, et est praesaga boni voluntas. Iamque hisce

sunt fortia bello
Pectora, sunt animi, promptaque ad fortia vires;

ac tempus erit, quo non inter triarios modo, sed et inter primipilos, ducesque versentur. Igitur spes magna arridet fore ut, hisce adeuntibus, et alios atque alios allicientibus, messis uberrima crescat, et vetus gloria latinitatis tandem aliquando revirescat.

Vos autem maxime, adolescentes, illud ne fugiat, in litteris fieri, quod in aedificiis exstruendis quotidie videtis. Non unius opera, non uno lapide illa excitantur, sed coniunctione plurium; hi enim caementa comportant, hi lapides, hi arenas, hi fontem, hi lateres, hi trabes, hi tigillo, dum illi saxa scalpris aptant, illi marmora secant, illi varia obeunt munera ut opus exsurget ad solaria, ad teeta, ad crepidinem, ad fastigium. Ferat unusquisque vestrum quod potest, qui simul omnes omnia potestis; nam unusquisque suae regionis praestabilia novit, quae, si notari communicabitque, coalesceret opus, et commentarius noster, cui patent omnia litora regionesque omnes orbis terrarum, dominium gentium, quod latina lingua tenet, notitiae undique susceptis, facile praferet ipso in incessu, et in fronte.

Quae igitur monumenta vel sub dio pateant, vel reperiantur effossa, quae industriis, negotiationibus, commerciis terra marique tententur, quae denique in omni genere usui hominum inventa sint, a singulis vobis expectamus, qui non mediocrem honorem apud omnes eritis adepturi ex restitura latinitate, in quam feliciter incubuistis, pelago ratem primi committentes.

Atque haec pars auxilii est, quod flagitamus. Nam, si quid gratiae apud socios ac lectores labores nostri meruerunt, illud etiam vehementer petimus, ut qui nomina commentario dederunt, non ipsi modo in proposito content, sed suos inter amicos sociorum numerum quaerant. Impendia quippe enormia sunt, quibus pares non efficimur, nisi societate multorum. His autem largienda futuro anno praemia, eademque more nostro munifica, proposimus, quae sequuntur.

Compertum est paene omnibus, Florentiae aedificium esse fratrum Alinari proprium, in quo, artificio mirabili «photographica» plurima undique exquisita, exprimuntur. Nos iampridem ab eius officinae dominis libenter concessa usi facultate sumus referendi in imaginibus Commentarii quotquot ex opifice eorum tabulae placeuissent; qua quidem potestate intra urbanitatem et non sine magna lectorum delectatione hactenus usi sumus. Hi autem Alinari fratres, qui tanta felicitate eiusmodi industria potiti sunt, per eamque, parta sibi singulari

scientia lucis, egregiam sui nominis famam undique gentium divulgarunt, experimentis plurimis patientissime adhibitis, tandem aliquando id sunt consecuti, quod ferme maximum in re videbatur, quomodo tabulis, imaginibus, locis, regionibus aptarent colores eosdem, quibus illa aut natura, aut arte essent praedita. Haec, visu sane mirabilia, Florentiae his diebus edidit apta officina, quam A. Pini moderatur, patentque metr. $0,30 \times 0,40$; quod autem super cetera movet est colorum vis, qua non squalentes apparent imagines, sed clarae, vivae, nitentes quasi e manibus egregii artificis prodierint recentissime. En autem tabularum indicem, quas nostris hisce oculis obstupescentes vidimus, quasque sociis comparaturi sumus:

- I. **Pallas Minerva.** — Tabula ALEXANDRI FILIPPI (vulgo *Botticelli*). Est in regiis aedibus palatii Pitti, Florentiae.
- II. Tabula titulo **Madonnina** auctorem habens RUPERTUM FERRUZZI. In ostentu Venetiis habito an. MDCCCXCVII celebratum hoc opus emit servatque Ioannes G. A. Leishman.
- III. **Maria Virgo Mater cum Divino Filio.** — Tabula CAROLI DOLCI, in regiis aedibus uti supra asservata.
- IV. **Magdalena.** — Eiusdem DOLCI tabula est in pinacotheca degli *Uffizi*, Florentiae.
- V. **Maria Iesum puerum adorans.** Effinxit ANTONIUS ALLEGRI (vulgo *il Correggio*). In eadem pinacotheca.
- VI. **Idem argumentum quod tractavit PHILIPPUS LIPPI.** Ibidem.

Habebunt ex his pulcherrimiis «photocromiis» uniam, prout elegerint, singuli socii, qui, praeter suam subnotationem, recto tramite ad Aristidem Leonori equitem, commentarii *VOX URBIS* possessorem et administratorem, Romanam, via Alessandrina, 87, persolutam missamque, novam subnotationem cum eiusdem pretio miserint. Quot autem erunt subnotatores novi, totidem photoeromias iuxta optionem accipiet qui ipsos procuravit. Qui vero novos subnotatores miserit duos, hic vel duas, quas maluerit, photoeromias eliget, vel tertiam sibi subnotationem nullo pretio.

Proposita haec dona, quae sociis futura grata confidimus, animos addant ad latinitatis causam tuendam, quae optimo cuique est causa humanitatis.

VOX URBIS.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.*SOCIIS MONITUM*

In superioribus Commentarii nostri paginis satis declaravimus id nobis esse persuasum, VOCIS URBIS progressum et cui ipsa propicit latitatis incrementum omnino fere ex sociis procedere: vis enim unita fortior.

Inde socios nostros iterum hortantes iterumque ut causam veluti suam quisque suscipiat, eos volumus certiores nos, ad iter facilius sternendum, folium duplex edidisse, quorum altero modus suppeditaretur annotandi nomina illorum, ad quos speciminis atque incitamenti gratia VOCIS URBIS aliquot numeri mittantur; alterum continens schedulam plurium subnotationum, quibus promissa praemia adire licet.

Haec itaque folia nullo impendio socii accipient qui requisiverint; nos frequentissimum eorum concursum ad rem exspectamus.

VOX URBIS.

POST BELLUM SINENSE⁽¹⁾

*C*UM Asiatica pax nondum composita esset, non deerant viri prudentes publicarum totius orbis rerum satis experti, qui arbitrantur post susceptum tam irrite supremum bellum tamque inaniter ductum, nihil iam esse Sinensibus reliquum, quam aut in Europam universam arma inferre, aut privato foedere cum maxima quadam Europae republica sese iungere, ut sui imperii fines pactione tutarentur. Quae autem et cuius essent iis sub verbis abdita auspicia nemo non videt, qui perpendet unam potissimum et propinquitate et potentia rempublicam Sinensium utilitati prospicienda aptam.

Russorum civitatem dicimus, quorum legati satis ambigua mente cum in Europaeorum rationibus vindicandis sese gesserint, huiusmodi suspicionibus ansam praebuere. Modo enim acri animo sociorum iura conculeata vindicari vi-

⁽¹⁾ In lectorum mentem revocamus, quae iam alias monimus, ex ipsa Commentarii natura fieri ut scriptoribus ubique terrarum diffusis, suam promere sententiam liceat, praeceps de publicis rebus, etiamsi contradicentem inveniant aliquem. Si id acciderit, alter hic pari uteis libertate contra scribat: nos enim, dum a proposito et humanitate animadversiones longe non abeant, eas minime repugnanter edemus.

debantur, modo contra satagere ut victoria benigne uterentur, modo suo marte copias ultro in vastationes impellere, minitari modo, modo blandiri, sed nova interim oppida et litora occupare, praedamque ingentem suos in fines deferre. Qua prorsus ex agendi ratione, licet conserbuerint aliquando acerius Sinensium irae in Russos, tamen, urgente ipsa natura rerum, non semel secreta foedera inter duos populos inita plerique existimarentur.

Quinimmo huiusmodi novae amicitiae signa eo graviora apparuere, quo apertius praeteritis odiis contradicerent; in nullam enim Europae gentem tantus latuerat Sinensium furor quam in Russos. Erat haec sane et pugilum sicariorum mens prima seditionis ineunda, ut Mandchouriae provinciae cohortes ad arma ruerent, Russos circa Amur flumen reiecturae; reliquae autem copiae Port-Arthur et Ta-lien-wan, maritima castella a Russis occupata, liberarent. Neque iniusta quidem inimicitia, cum abnorme omnibus visum fuerit, atque Sinensibus gravissimum, post male exactum Iaponense bellum, Russos, absque clade, absque proeliis, unisque minis potentes, optima sua castella armis occupasse ac tenuisse.

tantum soluti, proximi, quodque maximum erat, finitimi atque parati in dies Asiaticum omnem exercitum, Asiaticam classem trans Amur flumen in flavum sinum contra omnes, seu socios seu hostes, una hebdomada cogere, impellere. Nec erant nisi Iaponii, qui propinquitate et copiis praevalide obsistere valerent: brevi igitur, ni aemulationes cederent, ni irae singulorum remitterentur, sociorum conlata arma in duas partes secessissent: inde Russi Gallorum forte federatis militibus aucti, hinc Angli atque Iaponii ceterique. Sed horum in exercitu infidum ferme Germanorum fuisset auxilium, qui, etsi Russos vincere vellent, nec cupiebant tamen Anglos praeminere ceteris. Quale igitur futurum tot ex aemulis mentibus bellum, quae praelia? Spectassent cladem immanem Sinensium copiae stantes pilis lanceisque innixaes, atque, post deleta hinc et inde agmina multa et classes, ipsi ex ultimis undique latissimi Imperii finibus convenienter ad locum pugnae, spoliaque ex ruinis, ex cadaveribus collegissent.

Atqui Russi erant qui praevalido loco sese munitos sententes elata magis voce in legatorum comitiis minitabantur: ipsis igitur favendum, adhaerendum Russicis consiliis. O utinam Russorum favore commoti ad iram in eos reliquae gentes ad arma concurrerent! Summa haec spes Sinensium salutis, ut socii ad intestinum bellum ruerent.

Verum legati nostrarum gentium non adeo amentes fuerunt; cumque maius fieri periculum novum apparuit, de pace instauranda cito negotia tractarunt, malueruntque Mandchouriam provinciam secreta pactione Russis relinquere, quam egredi, alii contra alios, in campum. Servatae tamen iustitiae species, editae contra Russorum consilia Anglicae protestationes, visque et Sinenses iis subscribere, visi immo et Russi cedere iustitiae; at modo, abactis sociorum armis et navibus, res integra mansit. Tenent Russi Mandchouriae littora, Pe-tehi-li sinum utroque ex cornu castellis dominantur; muros illos titanicos praetergressi, parati sunt in dies Pechinum ipsam urbem caput citissimo itinere petere. Si, ut in eos Sinenses insurgant, a reliquis nationibus auxilium poscant, nulla erit

quae possit seiunetim validum dare, sed foederatos invocare oportebit: inde, post praestitas opes, tot erunt domini quot socii, singuli sinus, flumina, castella, provincias sibi exposcant. Quid iam? Uni domino melius erit servire, unum patronum tolerare; cedendum itaque necessitati atque Russica protectione esse contentos expedit: ni malint forte Sincenses in universam iterum Europam atque Americam indicere bellum, experti recens quid sit tot a potentibus hostibus pessumdatam patriam videre.

P. ROSSANI.

DIDACUS VITRIOLI

NOBI, quo possumus modo, certe quo sufficiant vires, latinitatis adsertoribus et promotoribus, iueundissima semper erit laus, quae latinitatis aureae cultori solemniter tribuatur. Hinc, quae Didaci Vitrioli Regini persoluta nuper memoriae sunt, atque ea non modo tamquam a civibus civi quasi gratia patria, sed tamquam totius Italiae nomine tributa, non solum gratissima accepimus, sed, ne horum memoria pereat, hisce paginis recensenda esse putavimus.

Suo enim honori, suoque nomini Didaens ipse sufficit etsi solus, eius opera ius immortalitatis locumque iamdiu toto terrarum orbe adepta sunt; patria autem eius Italica et natale ipsi solum, nisi ea fecissent, quae fecisse gaudent, nec intra officium, nec intra pietatem, nec intra morem cultarum gentium patrasse reputarentur. Sulmo, Verona, Mantua, Venusia, Neapolis Ovidio, Catullo, Vergilio, Flacco, Statio, Sannazario, civibus suis, ita se erescere, augeri, eminere credunt, et iure credunt, ut, ceteris posthabitis laudibus, hac una se beatas esse arbitrentur, qua aeternitatem nominis ubique gentium sunt assequatae. Cur non ita Reginum Iulium suo de Didaeo semet arbitraretur? Cur Italia omnis, quanta est, tanto filio suo non idem praestaret, per quem latinorum poetarum suorum gratiae et laurea ad nostra usque tempora prorogata sunt?

Nos quidem obmutueramus tam cari capitibus deminutione perculti, et luctuosa timebamus latinis litteris, quibus et tantus deerat dux, et tanta lux repente occidens dira minabatur! Non enim negamus optimae indolis nunc iuvenes adolescere, viros florere optimos ex ipsa civitate Regini, qui heredium a Didaeo relictum non modo occupare ac tenere, sed amplificare latissime possint; scimus Italico caelo soloque eam esse vim, atque virtutem, — pace reliquarum civitatum dicimus, — qua, o si Moeccenates!, cuique saeculo sui non decessent Marones; scimus et haec non humana voluntate et industria, sed prope divinitus data esse gentibus nostris, quae etsi nihil sibi sperent a Musis, nec aliud plerumque habeant praeter posthumam laudem, et exiguo in marmore recordationem, nativo tamen impetu, ingenita vi, instinetu ferme agentis Numinis per carmina litterasque ita feruntur, ut animam prius, quam artes, et Musarum studia, disciplinasque deponant.

Scimus haec, et futuri temporis casusque et exitum non formidamus; attamen et moerore gravi perecellimur, et haeremus ancipites quoties ex nostratis quis pereat, qui ob excellens ingenium aureamque indolem numquam perire deberet. Tunc circumspicimus, quasi milites, quibus aestuante praelio dueem vis Martis abripiat, ut succedentem in munia perspiciamus, qui vexilla dignitatis Italicae possit sua virtute tueri. Et spem salutamus quidem plaudentes extineto, quia maiorum gloria posteris quasi lumen est, et avorum laudibus excitantur ad praecella nepotes; at ex legatis, et tribunis, et centurionibus invocamus dueem, qui vices occupet, et praecedat.

Nec alia senserunt, qui Reginum convenere ex popularibus oratoribus ad ferendas leges, qui provinciis praesides, qui magistratus, qui urbis, oppidorumque finitimarum praecipi viri, qui ex athenaeis magistri, et insuper adolescentium turba in litteras et artes bonas incumbens, et late populus per signa dispositus ac distributus.

Didaeus enim per omnem vitae sue cursum, qui fuit ab an. MDCCXX ad an. MDCCCXCVIII latinam linguam ita excolluit, ita familiariter cum illa versatus est, ut non alienam, sed propriam colere, et uti videretur. Quippe praesentia sibi tempora negligens, et, propositi tenax, ignorans, totus illi vivebat aetati, quae latinitate illustris fuit. Nihil huic praeter cyenos latinos erat, domique forisque hos tantum sequebatur, atque hisce tantum vivebat, qui, si optio data fuisse, praevalisset iamdiu eum illis esse in sepulcro, quam suo vitam tempore deducere. Quinimo si interiora Vitriolae domus inspicias, nihil illie praeter reliquias dilectae aetatis invenies. Simulaera, uteumque mutila, eruta e solo Regino, veterum effigies poetarum, quaecumque Romanum olerent tempus, sive sealpro, sive aere, sive pectoria arte exprimerentur, parietes, mensas, abacos, pavimenta propemodum ipsa possident. Atque illie quasi antiquitatis aura quaedam ventilat ora adeuntis et invisentis, nisi spiritus eius sit, cui, nequid laetitiae desit, ea conceditur vel post mortem pererrare loca, quae vivus amabat, et illa audire, quae passim tot immurmurant, quot invisunt.

At nemo ex adeuntibus verba profert, et voces emittit, quas et ipse non optasset vivus audire. Ex omnibus enim desideria emicant innocentissimi viri, cui una cum ingenti sapientia suavissimi mores, sanctissima fides, delicatissimi affectus, ac benesuada urbanitas eum Nestoreo eloquio coniuncta. Neque inde excedere solebat, nisi interdum pergeret rusticatum in agros, aut in littora pulcherrimi freti Regini, quo nihil magis idoneum ad illa excollenda, quae versabat animo, seu priscorum temporum memoraret historias, vel, quae circum loca erant, coramque considerans, diversas rerum vices, instabilemque meditaretur in hisce fortunam. Hinc in earminibus eius Vergiliiana simul maiestas et concinnitas, una cum illa Vergiliiana consonantia, cui subest aliquid non triste, sed moestum, quo cordis intima deletantur mirifice et rapiuntur.

Nec alieno utebatur stylo sed suo, quem ipse sibi creaverat, plasmaveratque veterum consuetudine poetarum, ita ut eodem tempore nul-

lum ex illis agnosceres, omnesque tamen sentires. Hoc *Xiphias*, egregium opus, redolet, hoc elegiae singulæ, quas inter flexanima pariter ac sublimis habetur illa Cretensis militis, qui, Pompeiis eum esset conflagrante Vesuvio, quoniam inde militari ex munere abire non posset, uxoriisque duleissimae fugam frustra persuadere conaretur, supremo in amplexu, aestu, einere, lapillis obrutus, una cum ipsa perire voluit, ne mors divideret quos amor sociarat; quorum corpora mille et octingentos post annos reperta sunt, cum Pompeianae altius effoderentur ruinae.

Sufficiant haec ad opportunitatem temporis memorata, exigua certe ad virtutem viri, qui praecclare sibi immortalitatem, patriaeque, civibusque deus magna cum laude comparavit, novamque Italico nomini coronam adeptus est.

G. P.

DE CORPORIBUS DUOBUS
NUDIS OSSIBUS COHAERENTIBUS
POMPEIIIS AD PUBLICAS THERMAS
INTER SESE AMPLEXANTIBUS REPERTIS

ELEGIA

*Cur simul ossa cubent, ac post tot saecula, viator,
In molli amplexu nos ita iungat amor,
Accipe: nec tristes pigeat cognoscere casus;
Elicant lacrumas fors mea verba tuas.
Saxa etenim flerent, gemitus si fundere possent:
Deflerent nostras aspera saxa vices....
Sol medium caeli rix iam traicerat orbem,
Pompeiosque tenet mollis et alta quies.
Rusticus in villa, mediis stat miles in armis:
Subdola pisator per mare lina iacit;
Curia habet patres; it magna ad templam sacerdos,
Femina derolit linea pensa colo.
Quum subito exstinctos, infandum! suscitat ignes
Vesvius, et rauco murmure saxa vomit;
Culmine et in celso montis stat fumea pinus,
Atraque nimbosum contegit umbra polum.
Ocyus aeriae volucres trepidantibus alis
Frondiferas nemorum deseruere domos.
Manarunt nullo arentes humore lacunae;
Sulfureis Sarnus lentior ibat aquis.
Amnigenae nymphae glauco de gurgite surgunt,
Mor celeri iactu gurgitis ima petunt....
Huic ego tum dixi: Crudelia litora linquas,
Lux mea; sit ritae, sit tibi cura tuae.
Dum volvere dei, felices egimus annos:
Nunc procul e patriis pellimur ambo focis.
Interea ingenti squalebant moenia luctu:
Urget Pompeios ultima namque dies.
Turba ruit portis: secum fert quisque penates,
Exuriasque suae, pignora cara, domus.
Quid non audet amor? Gestat non nemo parentem.
Atque ignis sanctum non violavit onus:
Vidi ego pallentes lymphata mente puellas
Virgineas manibus dilaniare genas.
Haec stupet, haec vanis incusat fata querelis;
Alteram in alterius concidit aegro sinum.
Sollicitae matres gnatis cum dulcibus errant,
Invocat illa homines, invocat illa deos.
O ubi ritiferi colles, et amoena fluenta,
Atque coloratis florida prata rosis;
O gelidi fontes, o templa augusta deorum,
Centum aris quondam sumida thuricremis:*

*En iacet ambus
Isidis, et temp
Semper ubi Id
Saera ubi cu
Hic olim blandi
Hic quoque m
Nunc urbe in re
Per foras, per pe
Nec fuga per pe
Et fremit hinc
Ingemino voces:
Eripe te flam
Ast illa expande
Te sine, me p
Si celare fuga
Obruas in mea
Osca simul iacea
Ista domus no
Ter sonuit coeci
Nosque ambo*

DE GRAMMATICIS

RA

*Si quis ser
quae modo bre
verit, facile pe
ceptis, unam ea
hebraicæ praec
exceptis», nam
I. Pizzi, I. Lu
tamus non es
est tradendæ
ratio, quam v
grammaticorum
ter eos perpaue
lebrosa, innova
grammaticis cor
de litteris, quar
tera biblica, qu
solet; altera « ra
bendi celeritate
suis commentar
de punctis, seu
rethis, anno po
inventis, adiuva
que referuntur
et compositi, de
— Hattiph a
tuum potestate
tionibus propter
ad singulas or
fixis et pronom
Quidam gramm
tioni postponu
vel per meram
alieuius litterae
litteras superado
hebraici coniug
grammatica rat
laboriosa et ardu
que discipuli v
Quotusquisque
legibus, eam tra
plo confirmemus
lectoris oculis s*

que tamen sensus, redolet, hoc
anima pariter
sis militis, qui
e Vesuvio, quo
abire non pos
m frustra per
plexu, aestu,
ipsa perire vo
mor sociarat;
atos post annos
tius effoderent

atem temporis
utem viri, qui
atriaeque, civi
e comparavit,
m adeptus est.

G. P.

BUS
ENTIBUS
HERMAS
S REPERTIS

aecula, viator,
mor,
casus;
tuas.
ere possent:
....
orbem,
uies.
n armis:
cū;
pla sacerdos,
uscitat ignes
mit;
a pinus,
polum.
lis
mos.
nae;
. .
e surgunt,
nt....
linquas,
uae.
s:
abo focis.
ctu:
penates,
mus.
memo parentem.
onus:
uellas
querelis;
inum.
erant,
leos.
ta,
rum,
icremis:

*En iacet ambustum templum Iunonis, et ara
Isidis, et templum, pulchra Erycina, tuum:
Semper ubi Idaliae solitae solitare columbae,
Sacra ubi cum viridi cespite myrtus erat.
Hic olim blandi cantus, hic mille choreae:
Hic quoque mille dabant laeta theatra iocos;
Nunc urbe in vacua gradiens bacchatur Erinnys;
Per forā, perque rias ventilat illa faces....
Nec fuga per pelagus facilis; tumet undique pontus;
Et fremit hinc Boreas, et fremit inde Notus.
Ingemino voces: Fugias, teque eripe flammis;
Eripe te flammis, lux mea, tolle moras.
Ast illa expandens morientia lumina fatur:
Te sine, me patrios linquere posse lares?...
Si celerare fugam prohibet te martia virtus,
Obruar in mediis ignibus ipsa simul.
Ossa simul iaceant! Ut nostri conscia amoris,
Ista domus nostrae consilia mortis crit....
Ter sonuit coecis tum mons Vesuvius antris,
Nosque ambo oppressit vasta ruina domus.*

DIDACUS VITRIOLIUS.

DE GRAMMATICA HEBRAICA RATIONE EMENDANDA⁽¹⁾

Si quis scriptorum grammaticorum opera,
quae modo breviter percensuimus, raptim evolu
verit, facile perspiciet, apud omnes, paucis ex
ceptis, unam eamdemque esse rationem linguae
hebraicae praeepta docendi. Diximus « paucis
exceptis », nam hunc in numerum F. Scerbum,
I. Pizzi, I. Luzzattium et canonicum Re put
tamus non esse referendos. Quaenam igitur
est tradendae hebraicae linguae grammatica
ratio, quam veteres et maxima recentiorum
grammaticorum pars immutatam tenuere, praeter
eos perpaucos, qui aliquid, in re tam sa
lebrosa, innovandum censuerunt? Ratio libris
grammaticis communis haec est: praeit tractatio
de litteris, quarum duplex exhibetur figura: al
tera biblica, qua S. Scripturae textus exarari
solet; altera « rabbinica » qua ad maiorem scri
bendi celeritatem accommodata « Rabbini ». in
suis commentariis utuntur. Sequuntur notiones
de punctis, seu de litteris vocalibus, a Maso
rethis, anno post Christum natum circiter DC,
inventis, adiuvandae lectionis causa. Huc quo
que referuntur notiones de usu *Shérâ simplicis*
et *compositi*, de *Dâghesh* et *Mappiq*, de *Qâmez*
— *Hâtâph* a *Qâmez* distinguendo, de acen
tuum potestate et numero, de vocalium mutationib
us propter regimen, etc. Inde fit transitus
ad singulas orationis partes: de nomine, praefixis
et pronomine, de verbo et de particulis.
Quidam grammatici nomen verborum coniugationi
postponunt, quod nomen a verbo dicitur
vel per meram punctorum mutationem, vel per
alicuius litterae radicalis repetitionem, vel per
litteras superadditas. Ceterum doctrina de verbi
hebraici coniugatione et divisione, cui tota
grammatica ratio potissimum innititur, adeo
laboriosa et ardua est, quae patientissimi cuius
que discipuli virtutem, ultra modum, fatiget.
Quotusquisque grammaticorum est, qui, certis
libibus, eam tradere ausus sit! Utque rem exem
pli confirmemus, ordinem verborum hebraicorum
lectoris oculis subficiemus:

(1) Cfr. num. sup.

Verba hebraica alia sunt « perfecta », alia
« imperfecta ». « Perfecta » habent duo « tem
pora »: « praeteritum » et « futurum »; pro « pra
senti », Hebraei « participio » (*benoni*) utuntur.
Quatuor coniugationes sunt:

- I. *Qal*, seu *Pahal*, cuius passiva est *Niphal*. Haec actionem vel passionem signifi
cat: *qatal* = necavit; *nigtal* = necatus est.
- II. *Pihel*, cuius passiva est *Puhal*. Haec addit emphasis: *qittel* = trucidavit; *guttal* = trucidatus est.
- III. *Hiphil*, cuius passiva est *Hophal*. Haec est causativa et iussiva: *higtil* = ne
care iussit; *hogtal* = ad necem est provocatus.
- IV. *Hithpael*, quae est « reciproca », sine forma passiva: *hidqattel* = se ipsum necavit.

Verborum « imperfectorum », seu irregularium, ordines novem numerantur:

- I. verborum « gutturalium », quae in radice
habent aliquam litteram guttu
ralem;
- II. » « geminorum », quae secun
dam et tertiam litteram radica
lem habent aequalem;
- III. » « primae radicalis », *pé-âleph*;
- IV. » « primae radie », *pé-nún*;
- V. » « primae radie », *pé-yôdh*;
- VI. » « secundae radie », *ain-vâu*;
- VII. » « secundae radie », *ain-yôdh*;
- VIII. » « tertiae radie », *laméâh-âleph*;
- IX. » « tertiae radie », *laméâh-hé*.

Hebraeorum σύνταξις, quia simplex est,
grammatici leviter attingunt. « Usus et glossa
rium, — ait I. Pizzi, — melius tirones doce
bunt ».

Ex allato prospectu nemini dubium est quin
verborum hebraicorum coniugationem et ordi
nem tirones non sine diutina et sedula exer
citatione arripere possint. Quis enim neget ipsam
verborum graecorum structuram multo facilior
esse quam hebraeorum? Non ignoramus
sane illam in octo classes divisionem, quam
Georgius Curtius instituit, aliqua ex parte im
perfectam haberi; tamen ea est quae, licet
statis libibus semper non nitatur, « ex fumo
dare lucem cogitet ».

Quomodo ergo hebraicae grammaticae ratio
erit emendanda?

Rem magni momenti aggredimur, ex qua
omnis huius disputationis fructus (si detur nobis
occasio ex hac disputatione utilitatem aliquam
capiendi) pendere videtur. Festinare ideo ad
consecaria pro usu tempus est, quae hic au
demus exponere, venia prius a benevolenti
lectore impetrata, qui noverit nos haud esse
hebraicae linguae peritos, sed haec studia non
ni si ad voluptatem exercere. Alius qui lingua
sacram bene calleat mendas multa litura co
ceat!

Duplex esse potest finis in quem aliquis ani
mum intendit dum hebraicis litteris studet: aut
legendi sine magna difficultate sacros Veteris
Testamenti libros, aut in omnes hebraicae lin
guae ambages introspecti, quod eruditissimo

rum hominum est. Unde patet, ut primum as
sumatur, eas notiones, quae spectant ad vocalium
mutationes minime necessarias esse discentibus,
qui, ceterum, ex frequenti exercitatione, mains
commodum quam ex ieunis grammaticorum
praeceptis percipient. Itaque, si grammatica
hebraica, pro « Seminariorum » scholis concin
nanda erit, putamus, in primis, has ineptias
prorsus esse omittendas. Canonicus Re et Italus
Pizzi exemplo sint.

Perutile insistendum arbitramur ut tractatio
de litteris, circa earum scriptionem et pronun
ciationem, rite perficiatur, et pronunciatione unica,
quaem communiter est Lusitana, adhibeatur. Ad
rem egregie docebit Isaías Luzzattius (1).

Item, circa nominum declinationem, placet
nobis illa in octo classes divisio, qua utitur
Isaías Luzzattius. Hac ratione hebraici nominis
declinatio multiplex quidem est, sed antiqua
rum linguarum disciplinae magis accommo
data.

To πράξεις verbi *Qal*, sive « Perfecti »,
ita in ordinem redigatur, ut temporum personae,
non a tertia radicali, sed, ut graecis, latinis et
italis est mos, a prima initium capiant, et cui
que formae hebraicae italicica respondeat signifi
catio. Πράξεις sic dispositum maximo usui
erit discipulis, qui, interdum, etiam in parvi
momenti rebus, facile confusione implicantur.

Singula capita, praesertim quae de verbis
irregularibus sunt, brevibus clarisque legibus
illustrentur, neque desint opportunae exercita
tiones, per breves propositiones, a discipulis ex
hebraico in italicum sermonem vertendas.

Postremo optamus ut iterum in usum revo
centur eae « formulae mnemonicæ », quibus po
tiores leges a grammaticis veteribus conclude
bantur, quaeque falso a recentioribus proser
pitate fuere. Saepe enim, hoc modo, grammatica
lex, quae longa indiget disceptatione, minimo la
bore memoriae commendatur. Ad rem cf. Slaugh
terium.

Quae raptim egimus de praecipuis linguae
hebraicae grammaticis, saeculo elapsu, in lucem
editis, deque emendationibus quibus vetus he
braicas litteras docendi ratio in melius resti
tuatur, quaesumus, amice lector, benigne ex
cipias. Quae proposuimus, licet non omnia
summo philologiae iure sint castigata, tamen,
pro usu, nonnihil profutura videntur quotquot
in hebraicis litteris, breviore ac faciliore ra
tione, haerere studuerint. Si quae natura ipsa
mutabilia sunt temporum adiunctis aptare oport
ebit, quid obstat quominus erudit viri unum
idemque nobiscum sentiant? In hac enim dis
putatione toti in eo fuimus, ut sincerum animi
nostrum votum exprimeremus, quo magis scilicet
linguae hebraicae tradendae grammatica ars
temporibus novisque vitae studiorumque con
suetudinibus accommodatior institueretur. Olim
hebraica lingua in « Seminariorum » scholis,
ab iis, qui sacriss ordinibus initiandi erant, as
sidua cura impensoque amore colebatur; at nunc
infelix manet oblivio rerum. In publicis athe
naeis nomen exstat sine re: doctor vacua regnat
in aula! Nonne igitur pro viribus sacrae

(1) Cf. etiam SACCHI e LATTES, Nuovo avviamento allo studio della lingua ebraica, ecc. — Livorno, G. Belforte e C., 1895.

haeretici, tum quidam, servi
cum memoriae
asique Ecclesie. Hi namque
prehensi, cum
nepe militum,
non raro men-

us. Is, tanta
m capita con-
m christiana
vehitur: « Si
l substituisse
ferenda for-
Deum colunt
mitum et cru-
m sane non
ultores cogi-
potuisse, pro
nem cruci af-
ante, Christum
lus dixerat?
itur — eius
aberent! Ve-
dis, asini, ca-
ribus. Nihilo-
a haec chri-
seire candide
mo subiungit
eris apposita
fama ubique
nt, num tan-
dilaborarent,
« Cur nullas
empla nulla,
quam palam
gari...! » (3).

um sanctissi-
tumve chri-
t; ea quippe
adspicibus
sa, tum illud
proiiciendas
n integrum,
on fuit chri-
nis ediscere
per gradus

se obscurior
e « nec ostendit
mquam ubi-
nium gesta,
e autem iam
em operum
riosissimum,
neinentur se-
inconcessa,
d vitam ali-
ferunt post
nescio qua-
dunt; putes

orum vitae
iis, quot ca-
sunt! Ipso
postolo, re-

ligio nostra. Quo autem fretus ratione
artificio illud fidei nostrae columen subvertere
satagat, haud videtur silentio praeterendum.
Sic ille: E mortuis aut sine corporibus surge-
mus, aut cum corporibus; iamvero, neque pri-
mum asseruisse fas est, quandoquidem sine cor-
pore « neque mens, neque anima, nec vita est »
(esse enim incorporei quidquam ethnici fere
negabant); neque etiam alterum fingi sana-
mente potest. Enimvero, non sane quidem cum
his ipsis, quibus nunc copulati sumus, surge-
mus corporibus: quae certe iamdudum erunt
dilapsa et in varia elementa resoluta; neque
etiam magis cum aliis corporibus; secus enim
non tam e mortuis redivivi quam e nullis vivi
homines essent futuri: « ergo homo
novus nascitur, non prior ille repa-
ratur » (1).

Cui argumento vim addidisse no-
vam ex eo putat quod nullus um-
quam tam mirandi e mortuis ad
vivos redditus exemplum praebuisse
sit exauditus: « Quis unus ullus ab
inferis vel Protesilai sorte remeavit,
horarum saltem permisso commeatu,
vel ut exemplo crederemus? » (2).
Legitur quippe Protesilaus unus e
Graecorum principibus, bello Troia-
no, ab Hectori fuisse interfactus;
eius vero Laodomia uxor, cum eum
occisum comperisset, enixis preci-
bus, ut coniugis ab inferis reversi
colloquio gaudere tres horas liceret,
a diis fertur impetrasse.

Quod vero nullus umquam mor-
tuorum revixerit, id quidem chri-
stianis ab ethnici non semel inven-
tur obiectatum. Audire libet Iusti-
num illum Martyrem his « gentiles »
compellantem: « Διὸς τὸ μάρπω ἔωρα-
κέντει: οὐ μάζες ἀναστάντας νεκρούς, ἀπιστία
ἔχει: Propterea quod nondum resur-
rexisse mortuum videritis, incredu-
litas vos resurrectionis tenet » (3).
Sed et Theophilus audiatur Antio-
chenus: « Αλλὰ καὶ τὸ ἡγεμόνειον το-
νεκροὺς ἐργάζεται, φῆς γέροντος: Δεῖξον
μοι καὶ ἐν τῷ ἔργει τῶν νεκρῶν,
τίνα ιδών πιστεύετο: At negas mortuos
esse resurrecturos, ais enim: Ostende
mihi vel unum e mortuis suscitatum,
quem si video, tibi credam » (4).

Audiatur denique e Latinis unus, Laetantius,

qui haec ethnici suis aequalibus verba affingit:

« Tot iam saecula transierunt; quis umquam
unus ab inferis resurrexit ut eius exemplo cre-
damus? » (5).

Unde constat quam luculentissime, longe la-
teque tunc percrebuisse et imis mentibus in-

sedisse insanam hanc in futuram mortuorum

suscitationem argutiam. Eam vero quomodo
Minucius noster obtuderit, post indicabimus.

Quemadmodum mortuorum ad vitam regres-
sum, ita etiam improborum poenas aeternas,
aeternaque piorum felicitatem deridet. Primum
enim qui negaverit, alterum non negare vix po-
test. Unde: « hoc, — inquit, — errore (animan-

dorum videlicet denuo corporum) decepti, bea-
tam sibi ut bonis et perpetem vitam mortuis
pollicentur; ceteris, ut iniustis poenam sem-
piternam » (1). Quae haec dementia est, ut spem
foveant beatissimae post mortem immortalitatis
qui dum vivunt, tot tantisque premuntur mi-
seriis? « Quid post mortem impendeat, miseri,
dum vivitis aestimate... Tu qui immortalitatem
posthumam somnias, cum periculo quateris, cum
febris ureris, cum dolore laceraris, non tum
tuam conditionem sentis? non tum agnoscis fra-
gilitatem? invitus, miser, argueris, nec fateris?
Sed omitto communia: ecce vobis minae, sup-
plicia, tormenta, et iam non adorandae sed
subeundae crucis: ignes etiam, quos et pae-

vero nihil suis investigationibus non patere,
nescio an audaceius an stultius effutunt! Quin
etiam, atticus ille Socrates, Graecorum longe
sapientissimus, aperte censuit nihil nobis, quod
esset supra nos, curae esse debere. « Sic, — ait, —
et mea fert opinio: dubia nempe, ut sunt, esse
relinquenda, nec diversa quaeque a doctissimo
rum virorum placitis figura, temeraria qua-
dam loquacitate, adstruenda ».

Causa iam perorata, Minucium ut singula
qua audierit diluere velit, provocat. Respondet
autem illi pro Minucio Octavius: ne de sua
dicendi ubertate ornatunque haud sane mediocri
plus aequo glorietur. Nam qui eiusmodi ora-
tioni aures adhibuerint, eos eloquentiae potius
flumine abreptos, quam rerum du-
cit veritate commotos. Etenim « dum
verborum lenocinio a rerum intentionibus
avocantur, sine delectu ad-
sentuntur dictis omnibus; nec a
rectis falsa secernunt, nescientes
inesse et in credibili verum et in
verosimili mendacium » (1). Respon-
deri autem aequius aut moderatus
num potuit? Offensus tamen non
nihil Caecilius haec regerit Minu-
cio: ipsum religiosi iudicis officio
prorsus decidere eo quod eiusmodi
responsione suae « actionis » robur
labefactet « eum Octavius (adhue)
integra et illibata habeat singula ». Ne
vero adversae sententiae velut
os praeclusisse, aut vana intumuisse
eloquentia magis quam « ipsarum
rerum soliditate » creditur emituisse,
iam Octavium ut suam exordiatur
responsionem adprecatur, quam se
« cum toto silentio » promittit audi-
turum.

(Ad proximum numerum).

A. SORDET.



DE FESTO NATIVITATIS CHRISTI

IN URBE BETHLEEM

TAMETSI dies festus Natalis Iesu
Dei Servatoris ubicumque chri-
stianum nomen innectum est magna
pompa celebratur, nullibi tamen
maiore, quam in urbe Christi natali.

Memini me abhinc annos sex his solemnibus in-
terfuisse, neque futuram reputo aliquando diem,
qua e memoria excidat, tum quia, quae sunt
oculis subiecta fidelibus fortius demissis per
aurem animum irritare consueverunt, tum quia
ineunabulorum habenda est ratio peculiaris.

Iam inde a praeludio diei natalis Bethlemitae
universi, et quotquot huius urbis accolae sunt,
ab omni opere conquiscentur; pastores maturius
solito greges ad stabula reducunt; anaglyptarii,
quae ad unguem volvente anno opera castiga-
verant, in ordinem digesta, in crastinum ve-
nalia prostare contendunt.

Hora secunda post meridiem eives, quibus
advenae et peregrini consociantur, in pronaon
conveniunt ut ibi Solymorum Patriarcham, equo
innectum, opperiantur, cui Consul Gallicus,

(1) Cap. XIV.

(1) Cap. XI.

(2) Ibid.

(3) *Apol.* 2.

(4) Lib. I *ad Antol.*

(5) Lib. VII, cap. 22.

dicunt et timetis: ubi Deus ille, qui subvenire

reviviscentibus potest, viventibus non potest? (2).

Miserrima igitur conditio christianorum, qui non
modo nullis praesentis vitae fruuntur voluntati-
bus, verum etiam se suosque in asperrima quae-
que, imo in capitibus discrimina ultra obiiciunt.
Ita, nec futuram vitam consequentur ullam, nec
ullum interim ex praesenti fructum percipiunt.

Denique inde obiurgandi capit finem, exor-
diū unde desumpserat: obserat iterum atque
iterum Christi cultores, homines utpote « in-
doctos, impolitos, rudes, agrestes », ut a mundi
vel numinis arecanis curiosius rimandis tandem
aliquando desistant. Quid enim? Multi, iisque
summi philosophi, Arecesillas, Carneades, Aca-
demicorum plurimi tantis quaestionibus eno-
dandis impares se publice professi sunt; isti

(1) Cap. XI.

(2) Cap. XII.

scriba ab epistolis, interpres, urbem ingredienti, honoris causa, occurrunt. Immo bis mille circiter ab urbe passibus, aliquot ex primoribus civitatis comitatui sese adiungunt. Stationarii milites Praesulem praetereuntem suo more salutant; praefectus urbis aliquique rei municipalis curatores ad valvas usque templi Deo et Sanctae Catharinae dicati, eiusdem latera cingunt.

Templum ingressus, Ambrosianum hymnum Patriarcha praecinit, quem Sodales a S. Francisco prosequuntur; deinde primae vesperae solemnissimo ritu decantantur. Quibus absolutis, hora IV, pompa instruitur ad diversa loca, quae aut Magorum mansionem, aut ineunabula pueri Iesu, aut alia pietati fovendae aptissima recordantur; interea dum proceditur hymni et antiphonae canuntur, ex quibus haec suavis-sima: «Bethlem! ecce in hoc parvo terrae foramine caelorum Conditor natus est: hic pannis involutus, hie visus a pastoribus, hic demon-stratus a stella, hic adoratus a Magis; hic eeci-nerunt angeli, dicentes: Gloria in excelsis Deo! »

Post haec, Patres Franciseales mensae ac-
cumbunt laetiores solito, quia convivam habent
Solymorum Patriarcham, eiusdem sodalitatis
alumnum. Ceteri, idest advenae et peregrini,
sese per varia monasterii claustra dispergunt, ut
coenulae et ipsi vacent. Quare alii sunt qui ignem
parant, alii dapes; terni, quaterni in laetos
honestosque coetus distributi; et quae parave-

6]

COMMUNIA VITAE

Latinitati utile,
recens, vaporitraha rapiente, iter.

— Tesserae, — Turo inquit, — tesserarumque genus, quod ad vigilias, excubiasque pertinebat, eiusmodi fuit, ut earum quaevis inscriptum exhiberet militis tum ordinem, tum vigiliam, exempli gratia, hoc ritu: **H. I. V. I.**, scilicet: *Hastatus (Manipuli) Primi, Vigilia Prima*; hae autem per nocturnos circuitores relatae, vel secus, ostendebant tribunis, legatis, imperatori utrum et miles vigil et eques circum castra invisens eircuitor suis functi, vel minus, essent officiis. Altera vero tesserarum ratio illa erat, quae ad oceasum solis a tribuno tesserariis militibus, e decimo quoque legionis signo delectis atque excubandi onere immunibus, dabantur. Per hos autem suis centurionibus praefectisque redditae ac leetae novorum signorum centurionibus postea, praefectisque tradebantur; sic de centurione in centurionem pergentes totum quam celerrime eircuibant exercitum, atque ita notum fiebat militibus universis verbum, aut sententia, quam pro summi imperatoris arbitrio p[ro]ae se ferebant, cuius ope inter noctis tenebras amicus ab hoste internosceretur. Hoc apud nos Gallice: *la parole d'ordre, le mot d'ordre*. Sic et scimus Philippensi acie a Caesare et Antonio vocem « Apollinem » signo datam; sic a Sulla « Venerem »; sic, teste Livio, « Vigiliis deinde dispositis, ceteris omnibus tesseram dari iubet imperator; ubi secundae vigiliae buccina datum signum esset, armati cum silentio ad se venirent » (1). Tesseras huiusmodi vero Hirtius tabellas signatas nuncupat « neque, ut mos ipsius, consuetudoque superioribus temporibus fuerat, tabellas signatas dederat, ut in tempore, iis perlectis, locum certum peterent universi » (2). Numquid vobis sufficere ista videntur ut nomen tale imponamus?

— Minime gentium, — Turoni ipse respondeo : nam tuis, conquisitis eruditione et acervatis, addere possum tesseras vocari quaedam ex ebore aut ossibus

runt hilares edunt, veluti si in sua quisque domo consisteret. Cives et vicinia (ne cui verstrum, lectores, mirum videatur) labia tubulo instruunt tabaco hauriendo, quem Tureae *narghile* vocant; sieque cum aliis signum subeundi templum exspectant.

Hora decima solemnis inchoatur Matutini cantus. Symphoniacorum magister chorum dicit atque musicis modis aptatum canit « Invitatorium », puerorum vocibus usus. Quos iueundos animi sensus excitet illud: « Venite, adoremus et procedamus ante Dominum » a pueris de-cantatum, invitantibus catholicum orbem ad puerum Iesum adorandum, proxime nasciturum, e quibus verbis referre possit? Te in aëra raptum putas, tantaque voluptate cor aestuat, ut vix, ac ne vix quidem lacrimas possis cohibere!

Matutinis expletis, denuo pompa instruitur ad cryptam natalem: haec ineolis, advenis iam referta est, per abdita specus diffusis, hoc unum optantibus, ut puerum Iesum in praesepe natum intueantur. Pompam ducunt Patres Franciseales, sanctissimi illius loci custodes, sequitur postremus Solymorum Patriarcha manu gestans sacram iconem pueri Dei (1). Quum Praesul ad locum pervenit, ubi beatissima Virgo filium divinum peperit, sacram imaginem ibi deponit. Tune, dum medium tenent omnia silentium, qui ex Franciscalibus « diaconi » partes agit, evan-

(1) Huius pompa tabulam ad fidem expressam iam retulimus in nostri commentarii paginas. Cfr. an. III, n. XXIV.

gelium canit Nativitatis. Quisnam, queso, ad
inceunabula pueri Iesu humillima enarranda
opportunitior, quam assecla pauperrimi Francisci
Patris legiferi? Cum cantor ad ea verba per-
venit: «Et peperit HIC filium suum primo-
genitum et pannis eum involvit», Patriarcha
in genua procumbit ante Iesu simulaerum,
serieis pannis involvit; postea diacono prose-
quente: «Et reclinavit eum in HOC praesepio»,
Praesul puerum Iesum re ipsa in praesepe col-
locat.

Quae dum aguntur aut pronunciantur plebs
universa singultus edere, pectora tundere, pue-
rum Iesum invocare, deoseulari humum! Equis
enim temperet a lacrimis? Qui haec scribo ipsa
recordatione commoveor; redeunquamque in con-
spectum et senex ille canusque Patriarcha oculis
effuse lacrimantibus, et Diaconus ille voce sin-
gultibus interclusa paulisper silere coactus! Ex-
perto credite: quae tunc corda mulcet dulcedo
vix mente concipi potest: puerulo Iesu enim
adesse videmur, conceitus angelicos exaudire,
Virginem contemplari in natum suum pronam,
stupentem quod Deum simul et hominem di-
vino ediderit consilio!

A. CRIVELLI.

*Usibus edocto si quicquam credis amico,
Vive tibi: et longe nomina magna fuge.*

OVID. *Trist.* lib. 3.

— « Vjaticas », vel « viarias », vel « viatorias » quas dicis « tesseras », neque eburneae, neque osseae sunt, sed ex charta vides esse couflatas, atque confectas. Recte ergo vocabis « chartulas », non tesseras. Adde usum, et nomen habebis; nempe « ferroviarias chartulas »; et, si placuerit Ciceroni morem gerere, mihiique rectius, « schedas ferroviarias » aut « schedulas »; quae enim dantur huiusmodi chartulae ita exiguae sunt, ut iure schedulae appellentur. —

— Non abnuo rectius ita appellari — Turo inquit.
Itaque aetius animo prosequitur:
— Codicibus Iustinianaeis ac Theodosianis prae-
lucentibus, « chartarium » dicam hominem, qui ser-
vat, qui vendit; sed mihi consto, et hominem huins-
modi, a quo emimus, credo « schedularum distri-
butorem » recte nuncupandum; dicemus hunc ergo
« ferroviariae schedulae distributorem », aut « ven-
ditorem ». Quid ergo erit de loco, de aula, de fe-
nestella, de mensa, in quibus et a quibus distribuu-
tur potentibus? Si, Marco Tullio duece, id latine
dicebatur optime: « diribere tabellas », quod erat
distribuere ad suffragia comitiorum tabellas, non
video quid impedit quominus et « diribitorium fer-
roviarium » dicatur locus, in quo schedulæ di-
tribuuntur ementibus, et « diribitor ferroviarius »
homo, qui distribuit. Qui autem ferreo sigillo ipsas
signaturus accedit, « notatorem » ex ministerio di-
cemus; nam notat eas et numeris et characteribus
certis, quinimo et mordenti chalybe foramina in sche-
dula saepe tot faciunt, ut e schedula vannulus fiat.
Probatisne et haec? Namque ego vocem « locator »
bona in latinitate reperii; « locatarius » nequaquam;
sic etiam: « mandator », minime « mandatarius ». Quae
duo verba tulit, ego credo, posterior usus in scholis;
hanc certe probati latinitatis aureae scriptores in-

Assensum utriusque non negant: — Sed, — inquit Turo, — schedulis ferrovialiis emptis, nos et stationem ingressi sumus, et schedas notatori obieimus, qui forcipe immordens ferrea numeris, literisque, foraminibusque signavit. Post haec quonam ascendimus ut vehemur, nisi in « locomotivam »? —

(*Ad proximum numerum*).

H. DE VECCHI PIERALICE.

(1) VALER. MAXIM., I, 5, 7. LIV., VII, 35.

(2) *De Bello Africano*, III.

FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE

HAUD ita pridem, cum apud bibliopolam, pro more meo veteri, veteres libros expiscarer, in volumen incidi, quod ante numquam offend eram, adeoque rarissimum esse non immerito existimavi. Erant autem *Fabulae selectae Fontanii* (*La Fontaine*), in latinum conversae a Ioanne Baptista Giraud, editaeque anno MDCCLXXV. Lecta cursim una alterave pagina, statim intellexi, suo interpretem funetum esse officio per quam feliciter. Disticha enim (hoc poeta metro utitur) praeterquamquod versus galloes magna cum fide reddunt, prono etiam fluunt alveo ac pura et eleganti nitent latinitate; saepe etiam vigorem explicant et calorem, quos in lingua, iamdudum inter extinctas habita, vix credas inesse posse, quosque immittat nemo, nisi latini sermonis fuerit peritissimus.

Optima etiam est structura versuum, ubi hoc unum notare iuvat, numquam pentametra concludi inconcinno trisyllabo. Poeta tamen (quod minus placuit) laxiore aliquanto usus est prosodia, qualem Ovidius, non adeo tamen frequenter, primus adhibuit; saepissime vero, qui mox secuti sunt, poetae argenteae aetatis. Sie litera « o » passim corripitur, cum postrema est nominis (sermō), verbi (cantō, cantaverō), adverbii (crebrō); imo etiam gerundii.

Quo loco et anno natus sit, quo obierit Giraudius, ex libris bibliographicis sat multis, quorum copiam habui, comperire non lieuit. Ex ipsa tamem voluminis fronte et ex approbationibus eidem praemissis, constat, scriptorem fuisse sacerdotem, sodalem Oratorii Iesu in Gallia, sociumque Academiae litterariae Rothomagensis. Haec autem, anno MDCCLXXV, plurimum laudavit scriptorem, data ei facultate ut librum ederet et in eo suum etiam memoraret titulum Socii Academicorum.

Haec de interprete latino, cuius nomen et opus paucis hodie innotescere existimo. Ad Fontanum ipsum quod attinet, supervacaneum videtur laudes eius celebrare. Fama enim huius scriptoris, inter fabulatorum facile principis, universum orbem pervagata est; eiusque admirabilis apologi decus erunt perpetuum litterarum gallicarum, ac monumentum marmore atque aere perennius. Atque utinam ingenium ille suum ad festivas tantum atque honestas convertisset fabellas, neque ad lubricas quoque detorsisset narrationes, quas, a Boccaccio mutuatas, reprobavit ipse senior, cum ad meliorem sensum fuisset reversus!

Iamvero iucundum fore putavi lectoribus huius Commentarii (idemque sensit eius moderator), si ex Fontanii fabulis latine versis (quarum ex priore editione paucissima sane exemplaria supersunt) selectiores hoc loco, serie quadam continua, exsicerentur. Spatii tamen contrahendi causa, omittentur generatim adnotationes litterariae, sat frequentes, quibus demonstrat interpres, adductis antiquorum auctorum exemplis, voces quasdam et dictiones a se adhibitae legitime esse latinitatis. Fateor tamen, ausum me esse, non paucis in locis, versus nativos retractare atque etiam recudere: qua in re, si quid peccavi, spero fore ut auctor mihi e caelis ignoscatur. Ceterum hac licentia tum solum usus

sum, cum aut accuratior suppeteret interpretandi ratio, aut quae videretur certo elegantior, vel etiam severiorem prosodiam restitueret.

Initium itaque ad proximum numerum.

FR. XAV. REUSS.

DE CHOREIS

Quid est chorea? Quaere ab adolescentibus et respondebunt hanc esse eximium quoddam exercitationis genus, saltibus, passibusque ad numeros compositum, quod corpus invat, mentem exhilarat. A senibus quaeras, et redcent periculosas esse quasdam ineptias et nugas, queis et cupidines ardent, et rixarum semina effunduntur, et invertuntur mores, et, dummodo nihil gravius erumpat, tempus inanibus teritur, tempus, quo nihil pretiosius homini. Quid plura?

Lucrum temporis cessans, damnum est moribus inde emergens. Undenam definitio rei tam diversa?

Atqui tertius est hominum ordo, cui nec illa verba, nec ista arrideant, choreasque asserant esse aliquid solemne, naturae humanae velut insitum, quo, musica afflante, et provocante, aliquid reprezentatur gestu, saltatione, mora, procursu, quiete, quod reddat quidquid exprimi carmine, quidquid profari eloquio possit, sive ostendatur dramatica fabula, sive tragica, sive comica, sive epica historia instauretur, sive deinde superis obsequium, gratesque agantur et referantur; cultusque caeremoniarumque religionis non exiguum in choreis partem esse praedicant, quibus idecirco propriae sint laudes, quas minuere et extenuare mendacium, vituperare aut repellere nefas.

Quid vos de me sentietis omnes ubi dixeris mihi relata omnia probari? Cur adeo in deliciis iuvenum choreae? Cur ad illas, quasi palumbes ad umbrosum salientis aquae rivulum, prona ala feruntur? Gymnicaene exercitationis causa solummodo? Non ita bardus, qui omnino eredam. Subest aliquid, quo attrahuntur, senibus iam ab inde expertis sat notum. Qui quidem paterno consilio, censores castigatoresque minorum illa improbant senes, quae iuvenes non modo landarunt, sed provocarunt et frequentarunt; at illa timentes adversa, quibus interfuerunt interdum, et unde, occupante luctu extrema gaudii, paene redierunt oppressi, carissimos ab hisce suos conantur avertere, ne latens inter flores mortis aculeus illos aeternum abripiat, quibus unice se vivere profitentur.

At, etiamsi mihi seniores isti irascentur, ultro iuvenibus concedam esse in choreis exhilarationis genus, esse aliquid quod delectet, exerceat, quod pulcherum visu, nobile factu, illustre et solemne undequaque fiat, sive accepta a diis munera memorentur, sive pro susceptis donis gratiae rependantur, sive ad celebritatem fortia patrum facta chorearum lege exprimantur, sive ad laetitiam diei augendam ridicula quaedam reddantur. Verumtamen magna senioribus auctoritas est ex illo uno moralis philosophiae iudicio, quo decernitur nihil bonum esse dicendum, nisi quod in toto bonum sit, nisi quod mali nullam admixtionem patiatur; quam si vel exiguum admittat, reiiciendum decernitur;

« bonum enim ex integra causa, malum ex quocumque defectu ».

At quid feram iis, qui choreas constituant quasi aliquid naturae humanae commune, insertum venis ipso cum sanguine, animis ipso cum intellectu, antiquum ab immemorabili in conventu familiarum, in solennibus Deorum, in festis coetibus populorum? Acquiescam et iis, et quae pro hisce sunt historiis, immo et natura, testibus recensebo. Quod si choreis vel turpe, vel moribus periculosum, vel vitae hominum insidiosum aut inde, aut hinc illatum fuerit, hoc dicam in cursu et conditione mortalium rerum esse, qua eibi, potusque, ad salutem et sustentationem dati, ad perniciem usu immodeo saepenumero convertuntur.

Atque, ad naturam quod attinet, laetantes vel ab unguiculis non modo pueros, et puellos, sed infantulos ipsos, resolutis fasciis, quibus involvuntur et cohibentur, prosilire, saltare, exultare videmus. Nonne hoc dices esse quemdam saltationis et choreae instinctum? Mox quod soli inter sustentantia nutrientis brachia ad ubera tentant, aetate firmiora cum signabunt vestigia, gestientes paribus colludere, instaurabunt frequentes; adolescentes autem iuvenescitibus annis ea tenebunt, quae ab ipso vitae exordio suscepunt. Graviores viri, eur abiciunt? Quia superciliosi curis, quia sollicitudinibus tum patriis, tum domesticis oppressi, vel tempore parentum, vel, si hoc habeant, curis vacuum atque solutum, quieti potius quam labori — labor enim in chorea est — concedendum rentur. Quid si aliquid vetuerit dignitas? Quid si membra iam desueta exercitio, ne minores filii, nepotibusque videantur? Haec arecent a choreis maiores natu, qui in recentioribus censoribus nunc improbant, quae olim ipsi pueri iuvenesque admiserunt. Nonne et ipsi a parentibus, ab avunculis dono aliquo suscepit gestientes laetitia saltitarunt, ecclisserunt, exclamarunt? Parete dicenti: En testimonium animae naturaliter choreizantis!

(Ad proximum numerum).

P. ALEXIS.

ANNALES

Iaponii administrati iter in Russos. — Venetianum bellum — Chilenses minae — Transvaalianae vices — Seditiones in Turcas.

Ito, rerum iaponiarum ad exterros administratum tenuisse Petropolim, Russorum Caesarem visitaturum, magni pretii eventum publice diuidicant. Modo quae statuentur in colloquio Petropolitano ultimi orientis fata spectant maxima, atque immutabunt. Arguendum enim inde videtur Iaponiis haud admodum displicuisse Mandchuriam provinciam a Russis esse occupatam. De Corea vero peninsula, quam Iaponii sibi addicere vehementer cupiunt, tribus iam ab annis foedus quoddam esse ratum suspicantur illius simile, quod Russos inter Hungarosque de Macedonia exstat: quo nimurum foedere fines utriusque gentis constituerentur, sive negotiis gerundis, sive protrahendis armis, aut navibus. Russi immo consenserunt plane, ut Iaponii aemuli suas res suaque commercia, et ea magni momenti, quae in Corea peninsula

m, quae, ad
ma enarranda
rimi Francisci
ea verba per
suum primo
», Patriarcha
simulacrum,
diacono prosee
oc praesepio »,
praesepe col

niantur plebs
tundere, pue
num! Equis
ae seribo ipsa
ntque in con
triarcha oculis
s ille voce sin
re coactus! Ex
nuleet dulcedo
culo Iesu enim
licos exaudire,
suum pronam,
t hominem di

A. CRIVELLI.

edis amico,
agna fuge.
D. Trist. lib. 3.

vel « viatorias »
neae, neque os
couflatas, atque
rtulas », non tes
s; nempe « fer
it Ciceroni mo
das ferroviarias »
huiusmodi char
ae appellantur.—
i — Turo inquit.

odosianis prae
minem, qui ser
hominem huius
dularum distri
emus hunc ergo
», aut « ven
de aula, de fe
ibus distribuun
due, id latine
as », quod erat
tabellas, non
liritorum fer
s schedulae di
or ferrovarius »
reos simillo ipsas
x ministerio di
et characteribus
oramina in sche
a vannulus fiat.
ocem « locator »
» nequaquam;
datarius ». Quae
r usus in scholis;
e scriptores in

Sed, — in
emptis, nos et
notatori obie
a numeris, lite
ost haec quonam
comotivam » —

I PIERALICE.

habent, liberi omniq[ue] cura soluti quam optime foveant.

★

Dum vero conticescent Asiatica iurgia, flagrare nova semper ex Americis patet. Colon, urbe Columbiae reipublicae capite, occupata, ne ferrei tramitis per Panama isthmum deducti praecludantur atque praepediantur viae Atlanticum inter et Pacificum Oceanum omnes gentes timent, quarum interest eas apertas manere. Inter bellantes itaque Americae nordicae legiones atque classis intervenere, quae viarum libertatem tuerentur. Perduelles recentiore in pugna patrias copias Albanumque ducem fuderunt; unde coniici potest Venezuelam inter et Columbam rempublicam rite tandem bellum indictum esse.

★

Haud dissimili fato moventur in Argentinos Chilensi. Proxime nunciant diem venturam, qua in Argentinis comitiis de aere alieno sua reipublicae tutando agetur, cuius pecuniae summa Anglicis argentariis committetur. Ea inter carbonis immania pondera ex anglicis fodinis empta fuere a Chilenis legatis; Argentini contra Armstrong officinae navigium struendum commisere: verum Chilensi longe validiores terra marique quam aemuli esse creduntur.

★

De Transvaaliano bello eaedem semper innescunt vices. Advelitationibus assiduis cruentares producitur ubique. Sunt autem et qui asserant ab anglicis legatis secreta negocia iterum de componenda pace agitari, callideque illos intendere, ut Africos tribunos imperatoresque invictos, spe pacis vel praemiis sponzionibusve, allicitant, quo facilius patriam libertatem deserant tandem, atque ab inutili bello recedant. Rem tamen hac quoque vice incassum cessuram omnes credimus, qui vidimus hactenus quanta constantia quantoque animo, per desperatas quoque res, suae gentis iura acerrimi milites vindicaverint. Crescit interim in dies febris lues inter pugnantium cohortes, ipseque Boerus dux De Larey vix a morbo convalluit.

★

Seditio[r]es rursus experiuntur Turcae, quorum in milites per Yemen Arabicam provinciam Arabi equites insurrexerunt. Nec satis: ipsae enim copiae ob non soluta diu stipendia, a praesidiis suis deficiunt, prouti Macedones cives viderunt. Ibi enim milites seditione facta tempulum occuparunt, unde, quasi ex oppido, in agros circum, atque in urbes exeunt depopulaturi. Cito igitur Imperatoris decreto edictum, ut praeterita stipendia perduellibus legionibus solvantur.

POPULCOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In Americanis nordicis civitatibus novae sessiones inaugurate Roosevelt praesidis fusa oratione, in qua sponsio data de libertate sive Cubanis sive Philippinis insulis brevi donanda. Deinde Gage, thesauri minister, rationes de pecunia publica eorum legatis reddidit.

In Anglia Lansdowne, summus rerum ad exteris moderator, Chamberlainii verba in Germanicos milites intata coram patribus excusavit: Richtie, rerum domesticarum curator, de africano bello disserens, fassus est Anglos paratos esse ad libertatem Boeris donandam, dummodo illi vicissim anglicum imperium non renuant.

In Austria, post pactio[n]es cum principibus factionum initas de summa expensarum, disceptatio fit expeditior in dies. Interea Karber praeses rogatus negavit sese de dimittendis populi legatis consilia agitare.

In Gallia, post Voyron dueis libellum editum ut constaret cuius opera depopulationes in Sinenses peractae essent, vehementer agitata quaestio de detrimentis a sacris missionibus acceptis non sarcendis; verum, Waldeckio praeside pro missionibus dicente, rata pro iis quoque lex, ut pecuniae a Sinensibus soluta et ipsae fiant particeps.

In Germania municipum sessions resumptae, ut de vectigalibus atque de summa expensarum quaestio fieret.

In Graecia novum administrorum collegium adlectum.

In Italia, coram patribus rogatio de veteribus monumentis quam optime servandis expendit; coram populi legatis autem in tutamen laboris lex agitur.

SCRIBA.

LIBRORUM RECENSIO

O. P. ALAIS. *Diálogos Filosóficos* (Recuerdos de estudiante). — Lutetiae Parisiorum edid. Garnier fratres, 1901.

Eo cum simus in tempore, quo sollicitudinibus uniuersitate adventantibus prementibusque distinemur, fabulosam paene maiorum nostrorum vitam credimus, qui giganteis voluminibus in folio delectabantur, tacitique in conclavi incumbebant in opera gravissimorum virorum. Aegre annus integer tunc satis erat legentibus et legendis, ut sapientia poterentur. Contra nunc lectioni vix brevis danda superest hora; reliquias absunt negotia, absunt rei cura familiaris undequaque insidiis pessimorum petiatae, petiatae morsu excussorum; absunt sexcenta, quae amici, propinquai, denique sibi propria cuiusque munia vindicant. Hinc ille optime facit, qui brevibus opusculis digna scitu coaret, eaque Soeratico more, potius quam Aristotelico, pertractans, communis generis humani sententiae respondeat. Leves enim haustus philosophiae, logicae praesertim, quibus nunc utimur, sapientiae tam gravis tamque severae molem non sustinent, et vix invenies in millibus, qui sophisma a syllogismo luculenter possit scholastica illa cuspide et austera acu distinguere. Optimat itaque partem O. P. Alais elegit, qui gravissimas de philosophia quaestiones, melius dicam theses, Platonico more duos inter sermocinantes colloquentesque amicos referens, quid veritas, quid honestas postulet festina traetatione concludit, ita porro, ut perspicuitas brevitati non noceat, nec brevitas officiat perspicuitati. Qui tribus, ut eum Catullo loquar, tribus, inquam, chartis,

doctis, Iuppiter!, et laboriosis

quid sit vita, qui l'anima, quid mens aperte ostendit, at haec non obvoluta phrasibus, neque verbis obscuris, sed communi loquendi modo et scribendi. Atque haec difficultas, sublimia communibus explicare, devia obviis, ardua planis, difficilia facilibus. Hac semel strata via, cognitio, seu apprehensio, reflexio, iudicium, ratiocinatio, inductio, deductio, intuitio, memoria, imaginatio procedunt libero pede, cumque his libertas hominis, unde moralis philosophiae, seu ethicae, pars, quae tota libero superstruitur arbitrio voluntatis intellectui iubenti obtemperant. Post haec theodiceae argumenta produnt de existentia Dei, de aeternitate anteriori, de perpetuitate, de immensitate divinae

essentiae, deque reliquis, quae ad hoc pertinent caput. Tum de evidenti assequenda in perserutatione et inquisitione veritatis actum est inter duos, simplicibus quidem, sed luculentissimis verbis, quibus nemo resistat. Mox quid vere, quid absolute sit bonum; atque in hisce argumentis arcana ontologiae recurrent modo mirabili intertexta. Sic Alais noster VI dialogis, seu colloquiis tantummodo, praecipuae philosophiae campum fere occupat omnem, idque tam bello, tam comi sermone, ut illud Horatii recurrat in mente legentis:

cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.

Quemadmodum igitur Seraphici Doctoris *Breviloquium*, aut *Itinerarium mentis in Deum* qui legerit, noscet ab infinita propemodum sapientia illa opuscula prodivisse, ita qui opellam Alais legerit, noscet ab ungue leonem, philosphum nempe nobilissimum et sapientissimum, quem salutamus. Haec ille degens in Americae Reipublicae Argentinae urbe capite nostra habeat sincera verba, et nos diligat, mittatque potentissimi ingenii frequentiora testimonia, quae proficit.

H. P.

AENIGMATA

Primos deme prius, si vis reperire secundos;
Postremosque legas, medio variante priorum:
A crescat, matremque iuvet, patris alma corona

[est.]

O fit saepe salus nautis luctantibus undis.
A tibi stanti, sive moventi salvus adesto!
O sol aureus exit equis inventus et horis.
A manibus divis contendit arcitenantis.
O « Superos nisi flectere quis, Acheronta mo-

[vebit].

A. E. DE DRUFFEL.

Ex sociis, qui horum aenigmatum interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Aenigmata an. IV, n. XX proposita his respondent:

1) M-an-na; 2) Gelas, Sinus = Gelasinus.

Ea rite soluta miserunt:

Quint. Mirti della Valle; Th. Vignas Sch. Piar, Roma. — Guil. Schenz, Ratisbona. — Ric. Magenta, Genova. — Fr. Prirkyl, Nieder Österreich. — Car. Stegmüller, Sabaria. — Princ. Gordon, Marciunio. — Elis. Lancker, Corduba. — Jos. Wabner, Varsavia. — E. R. Massey, Bicester. — Ad. Huza, Grybovio. — Collegium Sch. Piar, Stellae. — Ad. Skrzypkowski, Scivincie. — I. Szymaitis, Opitotoki. — D. Le Provost, Briocen. — Fr. Sallarés Sch. Piar, Sabadello. — Ioan. Cantone Ceva marchio, Vercellis. — Am. Robert, Marieville. — C. Sokolowski, Petropoli. — St. Figielksi, Rypino. — P. G. Z., Modoetia. — F. Arnori, Mediolano. — I. Walter, Neo Eboraco. — Fr. Albobelli S. L., Neapoli. — Eug. Burg, Argentorato. — Iul. Sernatinger, Dresda. — Aug. Roberge, Chicotino. — Cam. Straskill, Vittaro. — L. De Rubeis, Iguaio. — Petr. Garrone, Pezzana ad Vercellas. — Ant. Urbina et Ortiz; Ign. Aguilar, Moretta, in Mexicana republica. — Ver. Cariolato, Vicentia. — Alois. Cappelli, Senis. — G. Langenberg, Monasterio Guestph.

Sortitus est praemium

QUINTILIUS MIRTI DELLA VALLE,
ad quem missum est opus, cuius titulus:

PETRI ANGELINI

LOLLIUS

SIVE

DE PROVETA LATINITATE.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

Sociis commentarii VOX URBIS praemia constituta in an. M CMII



«Pallas Minerva». — ALEXANDRI PHILIPPEPI (v. Botticelli) tabulam hanc «photocromice» expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. M CMII (Cfr. huius Commentarii operculum pag. 2).



«Madonnina» RUPERTI FERRUZZI tabula, quam «photocromice» expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. M CMII. (Cfr. huius Commentarii operculum pag. 2).

PER ORBEM

QUINDEONORUM horum dierum praecipua re-colenti placet a Polonica gente ordiri, quae — verba refero clarissimi socii nostri Iosephi Wabner in epistola ad nos missa ut de re nos faceret certiores — ne caelo quidem frigidissimo prohiberi potest quin fervide colat cantum, quin colat musicen. De musicen enim agitur. Varsaviae, in urbe Polonorum capite, aedes huic arti exstructa est atque dicata, aedes pulcherrima pro rei sublimitate, ibique aditiale idque solemne certamen cantorum et lusorum est peractum, cuius testes nobilissimi externi quoque artifices fuere. Quin etiam iam fere tertio quoque die certamina varii generis, ne popularibus quidem exceptis, instruuntur, ut gens novam non modo, sed et delectationem amoena et honestam, sed et vim vitalem accipiat. — Plaudimus ex animo: similiumque notitiam ex sociis expectamus, unde funereum colorem tandem aliquando ab hac recensione avertamus, quem naturae eventus, nullam interponentes moram, procurant.



Quorum praecipuus nuper ex America innovuit. Seneca est oppidum, in nordica Americana republica Michigan, cuius prope moenia ferreus trames deductus iamdiu publico aere fuit. Hanc per viam discurrebant noctu ferreorum vehum series duae, eaque citissimo cursu. Nox erat nubila, desertus locus, cum, sive male

dato signo, sive neglecta ad stationem mora, alia in aliam series vehum incidit. Quae inde ruina flagraverit nemo enarrabit: vehes hinc et inde, quae caput erant, prorsus confractae, ignei vaporis vasa disiecta, aëreum denique ex carbone lumen erumpens misera hominum corpora et res omnes incidunt, voravit. Quid plura? Nox rigida ad glaciem eo compulit superstites, ut rigiditas membra ad ipsum rugum calefacienda admoverent, quo comites viae inenarrabili angore moriebantur! Quod si quis quasiverit morti tam dirae quot fuerint devoti, centum paene inventi, quorum plerique itali agricolae opificesque ob malam famem sua e patria extores, atque alio vitae sub-sidium petiunt.



Terrestrium harum cladi maritimi fasti leguntur. Sancti Francisci ex portu navis, cui a Sancto Raphaele nomen, insignis laetitiae causa viatoribus onusta e litore in altum vela dederat; mox alia huiusmodi navis eius adamassim in tramitem accessit. Una statim concidit in alteram; franguntur utrinque carinae, altera paucis momentis demergitur. Viatorum sospites etsi fuerint multi, tamen ad quinquaginta periisse putantur.



Sed «curruum automobilium» laudes canamus! Circus est in via illa maxima, quae Neo-

Eboraci in urbe Brooklyn regionem dividit, lata quidem ac spatiosa, domibusque et aedibus plane insignis. Decertantes erant ibi huiusmodi in curribus viri ditissimi, pignore victoriam contendentes Fournierio illi Gallo, quem iam vidimus Berolini ad moenia primas simili in certamine tenuisse. At Fournier iterum tot aemulorum vitor evasit atque bis millia passuum, nec uno quidem horae momento, percurrit. Quo veloci cursu suas quoque praeteritas laureas ipse vicebat.



Discessit ille ex arena nummis donatus. Dicendum vero ipsum praemia melius esse meritum quam quae, bovi, tranquillo plerunque, Bosniacus iudex ad Monstar tribuit? Cuius in dictione, prope Presieka oppidum, lupus in stabulum turcae cuiusdam Ali nomine irruperat. Audit irruentem bos, qui solitus in stabulo quiescebat; surgit statim, mugit, rectoque cornu invadentem petit, atque transfodit ad mortem. Aequum itaque iudici rectissimo visum est belluam virtute insignem digno pecuniae praemio honestari, quod tamen, ut antiquitus assolet, iniquo ausu, suam in crumenam belluae dominus exceptit.

Bos haud minus fortis audaxque ut lectoribus singulis contingat velim, si tamen tam arguti iudices ubique multiplicentur!

VIATOR.

* FIDES *

(Italice Violino)

quod musicum organum

S T R A D I V A R I U S

CREMONENSIMUM ARTIFEX CELEBERRIMUS

CONFECIT

Romae veneunt.

Negotium agitur apud Commentarii VOX URBIS administratorem, ROMAE, via Alessandrina, 87.

Sociis qui in Nordica America versantur vehementer commendamus quod a Sodalibus Carmelitis novissime institutum est ac regitur

COLLEGIUM SANCTI CYRILLI

ad liberalem eamdemque Christianam et nostrae aetati aptam institutionem iuvenibus comparandam.

Prospectus studiorum et regularum, quae collegium moderantur, petatur ab ipsius Collegii Prese, 6413 Star Avenue (Woodlawn) — Chicago, Illinois.

I B E R (vulgo "ALBUM")

praecipua Urbis referens, pulchritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eundem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO

Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 X 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

Nuperrime prodiit

LOLLIUS, sive de proiecta latinitate, PETRI ANGELINI
paginis CIX, excerptus e Commentario *Vox Urbis*. - Venit
lib. 1.50, apud eiusdem Commentarii administratorem,
Romae, via Alessandrina, 87.

Ciappponi Franciscus et Soc.

OFFICINA
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS

PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS

PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS

TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE

ROMAE — VIA SISTINA, 129 — ROMAE

LE LAUDI LATINE

E
IL CANTICO DEL SOLE

DI

S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncola, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur laudes latinae cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, neconon illa Speculi perfectionis capita, quae Cantici originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequentur ad parvam Bibliothecam Franciscanam comparandam, Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.